



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

[De Natvrali Ex Vngvivm Inspectione Praefagio comment.]

Baldi, Camillo

[Bononiae], 1629

Significationes ex vnguibus de promptæ. [Cap. IX.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-13286

DE VNGVIVM PRÆ SAGIIS. 17

& minores vngues, pollicis maiores, causa est quoniam maior, & robustior est pollicis tendo quā auricularis, & teretes digiti orbicularem habent figuram vnguium, & si formam quadrangulam sortiti sunt digiti, propter eandem causam quadrangularem induent vngues formam, locatum enim quod in loco generatur, & à loco natum est conseruari, loci formam, & figuram repræsentare non est absurdum.

De Significationibus Vnguium. Cap. I X.

HAec tenus vngues, & earum maculas contemplantes quid sint, & quales, prout sunt effectus tendinum, declarare tentauimus; & eorum causas, ac differentias attulimus. Nunc easdem maculas, & vngues, ut signa aggrediamur, quid nempe significant, cum tales, & tantę, & in tali loco, aut digito existent. Et quoniam apud Physicam aliud significant, aliud apud Chyromantem, ut differentia harum cognitionum, & alterius vanitas appareat. Quid talis vnguis, aut passio, aut macula, apud utrumque portendat breuissime afferre conabor.

Quod rationabiliter vngues aliquid significant, sic potest persuaderi, vngues sunt extrema tendinum, hi constant ex nervis, & ligamentis nervi principium sumunt à cerebro. Hoc membrum motus, & sensus causa est, & origo, si autem omnia orta naturam suorum principiorum repræsentant, poterimus igitur ex vnguis temperamentum cerebri cognoscere, & ex hac cognitione sensuum determinare dispositionem, & motus localis, & voluntarij passiones, & differentias, concurrunt ligamenta ad cōstitutionem tendinum, & hæc ab ossibus originem trahunt, ossa totius corporis sunt fundamentum, & eorum temperies roboris, aut debilitatis causa est præcipua, ergo hæc etiam qualitas per vngues manifestabitur, sic igitur differentias sensuum, & localis motus, per cerebri temperiem venabimur, & hanc per nervos nervorumque extrema quæ sunt vngues scrutabi-

201

B mur;

q8 DE VNGVIVM PRAESAGIIS.

mur; chyromantæ cum manus signa, & lineas, & digitos si-
bi subijciant, & totum considerantes, etiam partes, & parti-
culas, & earum accidentia teneantur contemplari de vng-
uiibus, & vnguium maculis mentionem faciunt, differunt
tamen quod Physicus aliquam, chyromantes nullam sui
dicti rationem affert.

Ex Vnguium inspectione aliquid inferri. Cap. X.

Quod autem Physicus processus, ac discursus aliquid rationabiliter colligere, & hominis passiones, propensionesque non nullas docere possit, credet utique aliquis; si animæ, & corporis communes putauerit esse passiones mixti, animamque Socratis, ab anima Platonis secundum se, & à materia seiunctam nequaquam differre specie, & utriusque easdem omnino esse potentias, & primas, & se-
cundas, quod autem Socratis quædam potentiae sint pro-
pinquiores actui, & perfectioni, quam illæ quæ sunt Plato-
nis, & egeant minori labore quam quæ Socratis, id accidit
ratione membrorum, quæ magis apta, & minus ad sua mu-
nera per agenda secundum quod magis, aut minus elabora-
ta fuere, quod contingit propter materiam ex qua consti-
tuta sunt, quæ materia talis est magis aut minus disposita
ad suscipiendam ultimam membra perfectionem, secundum
quod à primordio hæc, vel illam suscepit temperie; Hæ er-
go membra temperie cognita, quam cognoscemus, dum non
latebit similarium corporū membra constituentium mixtio,
etiam membra illius propensionem, facilitatem, & difficul-
tatem in operatione naturali cognoscemus; Totaque ra-
tio hæc apparebit, si consideremus oculum, oculique stru-
cturam, & partium, quæ illum statuunt, temperiem, ex quo
apparebit, quod simulatq; cognita fuerit oculi, & partium
illum constituentium temperies, cur & Socrates sit luscio-
sus, Plato optimè videat, hic eminus, ille coniunus, fiet mani-
festum, Aspicio oculum Socratis, video illum turbidum, ex
hoc